cessissent Si vero idem religiosi vel clerici pdictos in suis ecclesijs vel cimiterijs psumpserint sepelire ad restitutionē tam sepultorum corpoꝝ si petant q̄z etiā omniū q̄ occasione sepulture illoꝝ puenerint q̄modolibet infra decendiū integraliter faciendā ipsos obligatos esse censemus Quam nisi fecerint ecclesie ipse apud q̄s sepulti fuerint nec non ⁊ cimiteria earundem ex tunc eo ipso sint ⁊ tam diu maneant ecclesiastico supposita interdicto donec eis facta fuerit restitutio plenaria omniū pdictoꝝ Exceptis cū psonis religiosis sub elemosina ꝯstitutis tunc quelibet psona vtriusq̄z sexus liberā potestatem habet eligēdi sepulturam apud quācunq̄z ecclesiā voluerit. Dūmodo ecclesia de iure habeat sepulturā nec sit execrata. Prohibētur aūt sepeliri in cimiterio omnes heretici ⁊ excōicati etiam minori excōicatione Ut illi qui in torneamentis moriūtur id ē letale vuln⁹ q̄d est occasio mortis ibidē receperūt. Quāuis enim peniteant ⁊ ꝯmunicent ecclesiastica tū careant supultura ⁊ hoc ad terrorem. hoc tū intellige de illis q̄ venerant causa exercendi se in torneamēto. Et de armigeris coꝝ qui etiā armis ibidē se exercent. Non de alijs q̄ illuc vadūt causa curiositatis vel ad videndū amicos. Eodem mō respuas manifestos vsurarios. Vel qui seipsos q̄cunq̄z modo voluntarie occidunt. Sec⁹ si ex furore vel a casu. Sicut si quis p̄cipitaret se in aquā ppter fugam aliquā ⁊ simili causa qꝛ pbabilit̄ credebat se posse sic euadere nec imputat̄ ei si ꝯtrarium eueniat Dūmodo hoc fecerit p bono ⁊ licito negocio. Spnas etiā iudeos ⁊ paganos ⁊ oēm q̄ ab vnitate ecclesie discessit. Suspensi aūt dū penituerint vere possunt de licentia secularis potestatis. sepeliri in cimiterio ⁊ cōmunicari Et mulier pregnans vbi pcerto constat partum mortuum esse cum matre ibidem sepeliatur. Si aūt certum est ꝙ ptus viuit ⁊ mater mortua est tunc mulier debet scindi ⁊ si ptus viuit debet baptisari. Si mortu⁹ est extra cimiterium sepeliatur. A raptore manifesto seu violatore ecclesie puta q̄ vsq̄z ad mortem pertinax fuit in sua malicia recipias cautionē sufficientem ⁊ sibi impendas beneficia ecclesiastica. Si aūt cautionem dare nō potest tenet̄ ꝑniter ꝙ sit cōmunicand⁹ ⁊ sepultura sit ei neganda Et hoc ppter terrorē ⁊ inobedienciā in qua longo tempe fuit. Aliō est si modico tpe ꝯtumax stetit ⁊ nunq̄z āmonitus fuit et cautionem quā poterat suo cōfessori qui cum absoluit dedit. Generaliter tū teneas ꝙ nullus notori⁹ pctōr in peccatis ꝺiscedens sepeliend⁹ est in cimiterio. Et tales si sepulti fuerint debent exhumari si ossa eoꝝ discerni possunt alias nō Et ecclesia est recōlianda. Occulti autem peccatores sepeliēdi sunt nisi forte essent heretici. Si aūt notori⁹ peccator vt premissum est penitet ꝯfitetur ⁊ ꝯmunicatur ⁊ dat cautionē quā p̄t debet sepeliri Cōtingit etiā q̄nq̄z ꝙ in morte aliquoꝝ pctōꝝ apparent manifesta signa p̄nie puta quia clamat p̄sbiterū vel p̄niam vl' signa alia circa p̄niam ostendit. Si forte iam amiserat loquelā tūc eū post mortem debet absolui ⁊ recipi ad oratōes ⁊ ad alia ecclesiastica suffragia Et tenent doctores ꝙ sufficiat vn⁹ testis pbans ista signa. Qn̄ autē inuenitur cadauer homis ⁊ dubitat̄ vtꝝ fuerit xp̄ian⁹ vel non nisi aliqua pbabilitas esset de opposito tunc debet in meliorem ptem interp̄tari. Et sic terminat̄ sentencia de sepulturis.

Capitulū. xxxvj. Quis sit ppri⁹ sacerdos cuiuslibet hominis.

Occasione aū dictoꝝ discutere dēm⁹ q̄s sit ppri⁹ sacerdos siue confessor cuiuslibet simplicis hoīs. Ubi est aduertendū ꝙ sic ad pducendum corpis xp̄i ⁊ sanguinis sacramētū requiritur debita materia sc̄z frumentū ⁊ vinū ⁊ ꝯueniens potentia hoc est sacerdos debito or-

dine sacramentum ꝯsecrans. Ita etiam ad audiendum ꝯfessiones ⁊ ad habendū subditos requiritur. Primo ꝙ confessor quo ad forum anime sit sacerdos ⁊ habeat claues sacerdotales hoc est potenciā ligandi ⁊ absoluendi que potentia sacerdotibus in ordinatione ꝯfertur. Secūdo oportet talem sacerdotē habere ꝯuenientem materiā ad quā ipse dirigat auctoritatem suā. Hec aūt materia est plebs que sibi ꝯmittitur a dyocesano sicut quotidie videmus ꝙ non sufficit ordinatio alicuiꝰ in sacerdotē ⁊ ꝙ recipit aliqđ beneficiū puta ecclesiam cū mille subditis a layco vel prelato Sed oꝑtet ꝙ curā animaꝝ Inuestiturā altaris priusquā se intromittat đ regimine subditoꝝ recipiat a dyocesano loci. Et forte inuestituram ⁊ curā animarum obtineat ab ep̄o laboribus ⁊ expensis. Que sunt certissima indicia ꝙ nō quilibet sacerdos est ꝯfessor cuiuslibet hoīs q̄zuis habeat clauē ⁊ potentiā absoluendi que ꝯferunt in ordinatione Sz necessario req̇ritur ꝙ materia hoc est subditi qui habentur ex iurisdictione ab illo q̇ potest sacerdoti committātur ⁊ tunc habet materiam debitam hoc est subditos sibi cōmendatos. Et potenciam congruentem hoc est claues absoluēdi que sibi tradite sunt in ordinatōe Vn̄ non sufficit ꝯfiteri cuilibz sacerdoti quāuis q̇libz virtute ordinationis habeat claues. Sed oportet quemlibet in anno semel confiteri omnia sua peccata suo ꝓprio sacerdoti postquā ad annos discretionis peruenerit. Aliter viuens ab ingressu ecclesie arceatur ⁊ moriens careat ecclesiastica sepultura. Si quis autem alteri sacerdoti ex iusta causa confiteri voluerit licentiam optineat quia aliter ip̄m absoluere non pōt. Est tamen aduertendū ꝙ s̄m doctores ꝓprius sacerdos siue ꝯfessor quātū ad istā materiam. Intelligit̄ p̄mo ⁊ p̄ncipaliter dn̄s papa qui est iudex ⁊ ordinarius verus et iudex omniū qui sunt in ecclesia dei cū sit plenariꝰ xp̄i vicariꝰ ⁊ habet plenitudinē

pōtestatis Et ideo ip̄e papa in tota ecclesia de omibꝰ causis subditoꝝ p̄t ꝯgnoscere ⁊ absoluere ⁊ ligare cū sit ꝓprius ⁊ supremꝰ ꝯfessor siue sacerdos cuiuslibz hominis. Sed q2 dn̄s papa in tota ecclesia dei quēlibet pctōrem ꝑ se in ꝓpria ꝑsona ad ꝯfessionē recipe non pōt Vocat alios prelatos in ꝑtem solicitudinis vt ipsi ꝑ se ⁊ per alios ydoneos. peccatores a peccatis absoluant Sic sunt legatꝰ dn̄i pape Quilibet ep̄s in dyocesi sua Et ꝓprius sacerdos Vn̄ tenet̄ ꝯmuniter a doctoribus ꝙ quilibet subditꝰ habet tres imediatos ⁊ ꝓp̄os sacerdotes scz dn̄m papā ꝓpriū ep̄m ⁊ ꝓpriū sacerdotē. Et istoꝝ quilibet potest alteri auctoritatē super subditos suos ꝯmittere Sicut dn̄s papa indulget aliquibꝰ ꝙ ꝑ totā ecclesiam dei ꝯfessiōes peccatoꝝ audiant ⁊ absoluāt. Similiter ep̄i penitēciarios ponunt aliquos suꝑ totas dyoceses suas. Cū hoc sacerdotes ꝑrochiales sibi inuicē ⁊ alijs ex causis cōmunicāt auctoritatē ꝯfessiōes audiendi subditoꝝ suoꝝ Qđ aūt dn̄s papa sit ꝓprius sacerdos ⁊ ꝯfessor cuiuslibet hoīs in tota ecclesia dei apparet ex hoc ꝙ aliqua peccata ꝓpter sui enormitatē solū ad papam referunt̄. Sic vulneratio vel occisio clerici. Si ergo pōt a magno peccato absoluere quēlibet peccatorē multo faciliꝰ poterit absoluere a peccato minori. Idē videmꝰ de quolibet ep̄o in dyocesi sua ꝙ aliqua crimina ꝓpter sui grauitatem ad ep̄os dirigūtur. Sic oppressiōes pueroꝝ Et qui excedūt in alijs casibus episcopalibus Si ergo ep̄s potest absoluere per se vel ꝑ aliū manifestum oppressorē pueroꝝ vel sodomitā quem simplex sacerdos absoluere non potest fatuū ⁊ absurdū est dicere ꝙ ep̄s ꝑ se vel ꝑ alium seu ꝑ alios in sua dyocesi sibi vel suis delegatis confitētes non possit absoluere. Videmus etiā ꝙ sacerdotes ecclesiarum parochialium alijs sacerdotibus delegāt actoritatem ꝯfessiones audiēdi suoꝝ subditorū quod dicūt valere. Ergo ridiculosum est dicere

dicunt valere. Ergo ridiculosum est dice
re ꝙ papa caput ecclesie plenarius vica-
rius christi eãdem auctoritatem quã ha
bet sacerdos super ꝑrochianos suos nõ
possit alijs ydoneis ꝑsonis ꝯmunicare
hoc est impꝑtiri. Cum a domino papa xp̄i
vicario in nos sacerdotes tanqꝫ a fon-
tali p̃ncipio mediãtibus prelatis q̇ nos
sacerdotes ordinant fluat omnis aucto
ritas nostra videlicꝫ ꝯficiendi sacramen
ta ⁊ eadem sacramẽta ministrãdi. Quia
si papa inuito sacerdote subditum sacer-
dotis potest maiori excõmũicatõe excõ
municare ⁊ ab eadem ⁊ ab homicidio sa
cerdote ꝯtradicente absoluere multo le-
uius poterit ꝯfessionem subditi sacerdo
tis incurati eo irrequisito audire vel ip̄m
absoluere ab omnibus peccatis. Si autẽ
papa potest sicut de facto videmus diri
gere ad vnum regnum Legatum a late-
re cum plenaria auctoritate papali in ca
sibus enormibus ⁊ grauibus sicut de ho
micidio clericorum ⁊ incendio ecclesiaꝝ
Hereticum est dicere ꝙ dominꝰ papa de
plenitudine potestatis ex motiuis ratio
nabilibꝰ ydoneis personis ecclesie equi-
ualentem auctoritatẽ quã sacerdos par
rochiales inquantum sacerdotes habẽt
super subditos suos non possit super to-
tam ecclesiam delegare Et eadem que di
cta sunt de domino papa super vniuersa-
lem ecclesiam intelligenda sunt de quoli
bet episcopo quantũ ad dyocesim suam.
Cum quilibꝫ episcopus in dyocesi sua sit
papa super subditos suos nisi in casibus
sibi a papa vel a iure interdictis. Cũ hoc
inter monachum sacerdotem vel religio
sum vel secularem sacerdotem in colla-
tione gradus sacerdotalis quantum ad
receptionem clauium quibus ligatur et
soluitur peccator. nulla est differẽtia quã
uis differencia inueniatur in executione
potestatis clauium. Quia quidã habent
subditos ⁊ illi possunt absoluere ⁊ liga-
re. Quidam penitus carẽt subditis sicut
sunt monachi Grisei de Salem ⁊ illi nec
possunt absoluere nec ligare nisi ex speci
ali ꝯmissione. Patet ergo ex premissis ꝙ
non quilibet sacerdos quẽlibet peccato-
rem a quolibet peccato absoluere potest
nisi in mortis articulo. Nec tunc nisi ha-
beat gratiam sedis apostolice ⁊ legitti-
mã executiõem officij sui. Sed solus pa
pa d̉ omnibus criminibus ꝯmissis in to
ta ecclesia per quemcunqꝫ potest iudica
re absoluere ⁊ ligare. Et eandem potest
dominus papa vni vel pluribus in toto
vel in parte limitando ad vnum regnum
vel ampliando quo ad totam ecclesiam
delegare. Sicut quando legatis a latere
dat plenariam ⁊ totalem auctoritatem
papalem super omnes casus papales cri
minosos. Quibusdam autem ꝯcedit pa-
pa auctoritatẽ vniuersalem super totam
ecclesiam sed non plenariam sed limita-
tam quantum ad aliquos casus. Sicut
fratribus predicatoribꝰ ⁊ minoribꝰ qui
sunt priuilegiati a sede apostolica taliter
ꝙ in tota ecclesia dei auctoritate ap̄lica
libere possunt omnes hoĩes exceptis re-
ligiosis ꝑsonis q̄ tenẽtur suis supꝑioribꝰ
obedire ad ꝯfessiones recipe ⁊ eisdẽ ꝯfes
sis penitẽcias salutares iniungere sacer
dotum ꝑrochialiũ ꝯsensu minime requisi
to Nec ꝯfessi ipsis fratribus peccata illa
de quibus confessi sunt ⁊ absoluti suis ꝓ
prijs sacerdotibus minime ꝯfiteri itera-
to tenentur. Sicut etiam non tenẽtur ite
rum ꝯfiteri illa fratribꝰ memoratis que
rite suis proprijs sacerdotibus sunt con
fessa. Cum sedes apostolica caput eccle
sie fratres predictos in priuilegijs nomi
net cooꝑatores ⁊ coadiutores sacerdo-
tum ꝑrochialiũ in ꝯfessionibus audien-
dis ⁊ p̃dicatõnibus faciendis ⁊ ĩ alijs
actibus qui respiciunt salutẽ aĩaꝝ. Quia
eãdem auctoritotatẽ quã quilibet sacer
dos incuratꝰ quãtum ad ꝯfessiões ⁊ ab
solutões habet sup subditos suos sibi re
ꝯmissos hñt sup̄dicti fratres virtute pa
pali totiꝰ ecclesie dei. Hoc est super subdi
tos cuiuslibꝫ sacerdotis incurati que est

ĩn ecclesia dei. cũ ordines prelibati gene-
raliter ⁊ spẽaliter cũ locis ⁊ iuribus ⁊ ꝑ-
tinencijs suis sint exempti a cuiuslibꝫ po
testate ⁊ solũmodo Romano pontifici
sint subiecti Non eĩ pñt ꝯueniri id est ad
iudiciũ ꝯtrahi suspendi. interdici. excõi
cari vel molestari rõne delicti ꝯmissi per
quẽcunqꝫ prelatum vel dyocesanũ sꝫ per
solum papã vel alium ex spẽali ꝯmissiõe
domini pape Et suoꝝ ordinum rectores.
Habent aũt cauere prenominati fratres
vt ad ꝯfessiones non recipiant absqꝫ li-
centia istoꝝ quoꝝ interest absoluere cri-
minosos talibus criminibꝰ ꝓ quibꝰ essẽt
ad sedem apostolicam vel ad Epm desti
nandi Personas etiam approbate religi
onis absqꝫ licencia supꝫioris ad cõfessio-
nes non recipiant. Quilibet etiam sacer-
dos incuratus tenetur etiam ꝯfiteri suo
dyocesano nisi dyocesanus aliud ordina
uerit vel sciat aliquã ꝯsuetudinem aliam
quã tolerat. De eo aũt ꝙ fratres p̃dica-
tores ⁊ minores ꝑ suos ꝯuẽtus ad hoc
nominati ⁊ deputati vt ꝯfessiones cuiꝰ
libet sacerdotis incurati audiant nõ de-
bet quisquã grauari ⁊ turbari sed potius
gaudere ⁊ cõsolari quia in ꝑrochia ⁊ cu
ra cuiuslibꝫ sacerdotis ĩncurati est aliq̃d
ꝑtinens ad onus ⁊ pondus Sicut est cu
ra quomõ baptizet ⁊ predicet. infirmos
et sanos ꝯmunicet ꝯfessiones singuloꝝ
audiat infirmos inungat ⁊c̃. per que fre-
quenter grauatur aliq̃s sacerdos Et ista
solicitudo non datur sacerdotibus in fa
uorem cum sit labor. Sed potius in onꝰ
⁊ vtilitatem ecclesie ⁊ subditorum. Aliõ
est in cura quam habet sacerdos ad suos
subditos quod ꝑtinet ad solacium ⁊ vti
litatem vt satisfiat laboribus suis sicut
sunt oblationes ꝯꝑatiões missarum de
cime ⁊ silia que approbãtur sacerdotibꝰ
in fauorem Nullum ergo preiudicium fit
sacerdotibus quando subtrahitur eis il
lud quod est onus ⁊ pondus ⁊ labor eo-
rum. Sicut sunt confessiones audire p̃di
care ⁊ similia. Fieret autem preiudicium
si eis subtraherentur decime ⁊ similia. Vn-
de quilibet sacerdos incuratus sensatus
cum gratiaꝝ actione recipere debet coo-
peratores ⁊ portatores in parte laborũ
suorum quos sibi Romana ecclesia diri-
git ⁊ destinat. Quilibet etiam episco
pus quemlibet peccatorem sue dyocesꝭ a
quolibet peccato absoluere potest. Nisi
papa vel ius sibi aliquos casus interdi-
cat. Eodem modo sacerdos ꝑrochi
alis incuratus suos subditos Et fratres
antedicti quemlibet subditum in tota ec
clesia dei possũt absoluere a quolibet pec
cato nisi aliqua peccata Papa vel episco
pus ius vel rationabilis ꝯsuetudo eis in
terdicat. Etiam est aduertendum ꝙ
quilibet sacerdos incuratus subdito suo
dicenti se esse ꝯfessum ⁊ absolutum a tali
q̃ poterat absoluere ⁊ ligare tenetur cre-
dere. Et si petit tenetur sibi dare sacramẽ
tum eucaristie ⁊ extreme vnctiõis Quia
in foro ꝯfessionis que fit sacerdoti tanq̃ꝫ
ipsi deo creditur homini confitenti illud
quod dicit pro se ⁊ ꝯtra se. Sed in foro
ꝯtencioso non creditur homini pro se sꝫ
solum contra se. Unde cum sacerdos de
peccatore occulto non possit informari
nisi ex dictis suis in foro ꝯfessionis stabi
tur simplici verbo eius qui dicit se esse cõ
fessum ⁊ absolutum ab illo qui poterat li
gare ⁊ soluere. Si eñ falsum diceret hoc
vergeret in detrimentum ⁊ in damnatio
nem anime cõfitentis. Quia de occultis
peccatis ꝑ modum cõfessionis non ha-
bemꝰ iudicare nisi scd̃m relata confiten-
tis. In duobus casibus absqꝫ literis vel
alio documento sufficienti sacerdos nõ
debet credere subdito dicenti se esse abso
lutum. Unus casus Si sciret subditum
esse excõmunicatum maiori excõmunica
tione Aliꝰ casus est Si sciret eum esse no
torium ⁊ manifestum peccatorem Caue
attamen sacerdos ne hoc ei obiciat do-
lose ⁊ fraudulenter aliter enim incideret
manus papales.

Ad constitutionē aūt generalis ↄcilij que incipit Omis vtriusq3 sex⁹ in qua dr̄ ꝙ ꝗlibet post ꝗꝫ ad annos discretiōis ꝑuenerit semel saltem in anno omnia peccata sua ↄfitea tur suo ꝓprio sacerdoti Rn̄detur ꝙ ꝓpri us sacerdos in hac pte intelligitur vt p̄ missum est. Papa episcop⁹ plebanus. Et ille cui ↄmittitur ab vno istorū verbo vel scripto. Decet tamen ⁊ valet pro ↄsciencia sacerdotis incurati ꝙ subditus confitens priuilegiatis saltem se presentet suo ꝓprio sacerdoti ⁊ dicat Domine reueren de sum ↄfessus tali tempe tali persone de tali ordine sic ꝑuilegiate a Papa vel Episcopo Et hoc sufficere debet ꝓprio sacerdoti Nec potest sacerdos incuratus ꝓhibere subditum suum quin ↄfiteatur habēti auctoritatē absoluēdi a papa vel epo. Cū par in parē ⁊ in maiorem nō habeat imperiū. Nec subditi ei obedire tenentur in hac pte. Omnes etiā alios ↄfessores preter nominatos dicim⁹ esse alienos et extraneos cū non sufficiat eis ↄfiteri Nec ipsi possunt absoluere absq3 mortis articulo nisi in damnationē ⁊ deceptionē anímarū suaꝝ. Teneat aūt sacerdos diligēter ne v̄bo aut signo aut alio quouis modo prodat peccatorem ↄfessum Aliter enim debet deponi ⁊ in artum monasterium retrudi.

Commēdatiō vite ⁊ honestatis clericalis.

Cum sacerdos teneat vices christi ⁊ possit soluere ⁊ ligare ⁊ remittere peccata sup terram decet cum sacerdotaliter viuere cuz nō sit potestas post deum sicut potestas sacerdotis Et super tam insigni ꝑuilegio sacerdotum miratur terra stupet celū exhorret infernus veretur homo ⁊ reuerec̄ angelica celsitudo. Cum nullis angelorū nec omnib⁹ hominib⁹ sed solis sacerdotibus ↄmissum sit vt hoc faciant in altari qđ christus ꝓprijs manib⁹ fecit in cena paschali. Et quod Maria virgo fecit virtute spiritussancti christum ꝓducendo. Hoc quilibet sacerdos eadem v̄tute quotidie facit hostiā in xp̄m ↄsecrando. xp̄s non angelus nō maria nō virtute humanitatis s3 diuītatis peccata dimisit. Hoc quilibet sacerdos eadem v̄tute quotidie peccatoribus ↄfitentibus impendit. Et quia sacerdotes dicuntur quasi sacri vel sacris dotati debent diligenter aduertere vt hoc nomē sacerdos ↄgruat eorum actioni ⁊ actio nomini ne in sacerdote R̄ nomen sacerdos sit nomen inane ⁊ crimē immane ne in sit honor sublimis ⁊ vita vilis. Ne sit religiosus amictus ⁊ dannabilis actus ne in sua prochia appareat sublimior ⁊ in ↄscientia inueniatur humilior Ne locutionem simulet columbinā ⁊ mētem habeat caninam. Ne ostendat professionem diuinam ⁊ ferocitatem habeat lupinam. Sacerdos inordinate nō colat vinum sed trinum ⁊ officium diuinū. Nō vacet ↄmessationibus sed orationibus. Non det elemosinam histrionibus ⁊ mercatoribus sed honestis ⁊ pauperibus ꝑsonis Nō sequatur adulteram vel filiam suam sed gloriosam virginē Mariam ⁊ filium suum. Signanter cum de sacerdotibus scribatur. Vos estis genus electum regale sacerdotium gens sancta Ad quā sanctitatem nos sacerdotes perducat q̄ omnia creat.

Capitulum Tricesimum septimū de absolutōne.

Post laqueos diuersos ⁊ obscuros variorū pctōꝝ inquirere debem⁹ de diuersis solutōib⁹ ⁊ absolutōib⁹ eoꝝ ⁊c̄. Cōpleta igit̄ ↄfessiōe Si sedet ↄfitēs dic vt iterato flectat genua ↄfessiō3q3 ↄcludat sic dicēdo Istis peccaui ⁊ multis alijs cogitatione locutione opere ⁊ obmissione mea culpa precor te ora ꝓ me. Tu vero antequā

absolutas eum queras si doleat de pecca-
tis ⁊ si habeat ꝓpositum cauendi ab om
nibus mortalibꝰ peccatis Insuper si ali-
quibꝰ debitis sit inuolutꝰ queras si patꝰ
est satisfacere absqꝫ dilatione ſm suā pos
sibilitatē nisi dilationē a creditoribꝰ pos-
sit impetrare. Si rn̄deat ꝙ sic absoluas eū
p̄mittendo orationē Misereat tui om̄ipo
tens deꝰ ⁊c̄. Postea subiūgas absolutōeꝫ
dicendo Dn̄s iesus xp̄c te absoluat ⁊ ego
auctoritate eiꝰ qua fungor absoluo te ab
istis peccatis que confessus es ⁊ ab omī
bus alijs peccatis tuis In noīe patris ⁊
filij ⁊ spū̄ssancti Amen. Nec oꝑtet manū
capiti confitentis imponere. Maxime si
femīa est sꝫ magis ꝯpetit crucis signatio
Si aūt ꝯfitens habet aliq̄ pctā a quibꝰ eū
absoluere nō potes. In absolutōe dicas
sic Dn̄s te absoluat ⁊ ego auctoritate eiꝰ
qua fungor absoluo te ab oībꝰ peccatis
tuis a quibꝰ te possum absoluere In noīe
patris ⁊ filij ⁊ spū̄ssancti Et tūc exp̄mas
ei pctā a quibꝰ eū nō potes absoluere. Et
ꝓ illis remittas eum ad absoluendū ad
suꝑiorē qui eū absoluere pōt ab illis pec-
catis scꝫ ad ep̄m vel ad papā si tam enor
me crimen est vel ad penitenciarios eoꝝ.
Et pctā ꝓpter q̄ remittis eū ad suꝑiorē si
manifesta sunt in lr̄a scribe quā penitens
statim deferat ⁊ eā suꝑiori ostēdat. Si aūt
occulta sunt dicas penitenti ꝙ ore ꝓprio
ꝯfiteat̄ suꝑiori in secreto Sed si credis ꝙ
forte ad h̄ se locꝰ nō offerat ꝓpter penitē
tum q̄ remittunt̄ multitudinē. vt plerūqꝫ
ꝯtingit in cena dn̄i qn̄ multi recōciliandi
⁊ absoluēdi ad ep̄os mittunt̄ Vel qr mi-
nus discretꝰ penitēs singula pctā ꝓpter
que remittit̄ forte exp̄mere nesciret vel di
stinguere Tunc peccata illa in lr̄a scribe ⁊
sub sigillo clausam trade monendo solici
te vt diligentissime caueat ne lr̄am ꝑdat
vel alicui legendaꝫ tradat ne ei ad quem
mittit̄ ꝑditionē imponat. Et quātum in
te est studiosissime semꝑ a scandalo caue
as Vn̄ etiam expedire videtur vt in lr̄is il
lis peccata penitenciū scribant̄ nō expres

sis noībus illoꝝ q̄ ea ꝯmiserūt. Hoc mō
latorē vel latricem p̄sentiū ꝓ homicidio
incestu. Aut peccato contra naturam vl̄
tali seu tali peccato ꝯmisso ad absoluen-
dum seu ad absoluēdā vr̄e paternitati trās
mitto vt absolutōis bn̄ficiū impēdendo
⁊ salutarē pn̄iam iniungēdo ipse vel ipsa
sancte matri ecclesie reconcilietur. Talia
vel ꝯsimilia v̄ba ꝯsueuerūt poni in hꝰ mo
di cartulis Si vō missus ad suꝑiorem ad
te remissus fuerit ꝓ pn̄ia iniungēda si lite
ram suꝑioris deferat scd̄m formā illiꝰ te
neas. Si aūt sine lr̄a reūertitur ꝯsulo ꝙ
ad cautelam iterato eum absoluas gene-
raliter ab omnibꝰ peccatis ⁊ pn̄iam iniū
gas si a suꝑiore non est iniuncta. Vel si in
iuncta est eam facias diligenter obs̄uari
Si autē ꝯfitens ab aliquibꝰ mortalibus
peccatis non vult abstinere vel non do-
let de aliquibꝰ preteritis peccatis Vel nō
curat inique ablata siue quecunqꝫ aliena
dicas ei ꝙ non possis eum absoluere ⁊ ꝙ
cōfessio facta non liberet eum ab inferno
si sic decedit. Et si dominus post hoc cor
eius illuminauerit ꝯgnitionē veram im-
mittendo ex quo modo non potest absol
ui. Iterato confiteatur ei quem tunc con
fessorem habere contigerit vt absolutio-
nem cōsequatur. Nullus enim absolui de-
bet nisi quem confessor reputat vere pe-
nitentem. Et ne putet se quia absolutio-
ne caret sine aliqua vtilitate verecundiaꝫ
confessionis subisse. Intima ei ꝙ preter
alias multas vtilitates confessionis cō
stitutionem in hoc ecclesie obseruauerit
que precipit saltem semel in anno confi-
teri. Omnis vtriusqꝫ sexus. Et qui hoc
non fecerit moriens deberet carere eccle
siastica sepultura. Hortari etiam debes
illum quantum potes vt peccata deserat
quia post confessionem peccatorum fre-
quenter huiusmodi ammonitiones val-
de sunt efficaces. Horteris etiam eum vt
interim sedulis precibꝰ dei imploret mise
ricordiam quatenꝰ cor eius ad se ꝯuertat
⁊ quidquid boni potest faciat oratōibus

operibus misericordie et precipue vt sepe au-
diat verbū dei Vñ et expediēs videt vt si
circa hoc notabiliter est negligēs aliquē
certū numerū audiendorū sermonum ex in
tegro illi imponas sicut videris eū opor
tunū Tandē sufficient illo āmonito et in-
formato q solū pro eo orare valeas nec vl-
tra potestatē clauiū potes extendere di-
cas orationē Misereat tui omnipotens
deus. sed eū nō absoluas vt pmissū est Ali
qua tñ bona opa ei speāliter indicere po
teris non p modū satisfactōis sed vt cor
ei9 ds illumīet Si eñ nihil faciendū speā
liter diceres ei forte min9 vl' nihil diceret
vel faceret. hoc tñ sp exprimas ei q h nō
possit esse satisfactio pro pctīs. Quē vero
penitentē absoluis si ofessionē eius gene
raliter audiuisti etiā absoluas eū a penitē
cijs iniunctis etiā ab alijs ofessorib9. Et
si aliquarū penitēciarū iniunctarū memor
est quas tamen non impleuit. Si expedi
te iudicaueris omutes eas nisi esset peni
tentia iniuncta a superiori. Et pro talibus
peccatis a quibus tu habes auctoritatē
absoluendi. hoc dico nisi vrgens esset ne
cessitas. Considerato ergo statu confitē
tis quantum ad peccata ofessa et quo ad
iuuentutē et senectutem paupertatē diuici
as valitudinē societatē animi promptitu-
dinem vel tarditatē pñiam iniūgas quā
probabiliter credis eū impleturū et non aliā
hoc tñ insinuando illi semp q tantā vel
tantā pñiam pro peccatis ofessis suscipe-
re et sustinere deberet sic iura determināt
Sed tu q nō audes ei illam iniungere q2
times q non impleret Et sic penitentiam
iniunctam obmittendo speciale peccatū
omitteret. Insuper etiam dicas peniten
ti et iniungas quidquid boni fecerit aut
aduersi sustinuerit sit ei in remissionē pec
catorum. Eiq3 concedas q indulgencie
prelatorum quas scdm formam indulgē-
cie mereri potest possunt sibi prodesse. et
moneas illum q illas diligenter querat
Vbi autē times probabiliter q aliquis ali-
quā penitentiā per te iniūctam nō imple-
at propter societates vel alias causas sup
uenietes. Tunc concedas sibi q illam pe
nitentiam ouertat in aliam. verbi gratia
Dixisti sibi ieiunandū et non potest ex cau
sis. pascat vnum pauperem vel duos. vel
redimat alio modo de licentia tua Nota
q pro peccato occulto nullatenus est in-
iungenda manifesta penitentia ratione
scandali vel suspicionis. Et caueas q nō
iniungas alicui talem penitētiam p quā
fiat alteri pīudicium sicut in seruis filijs
familie et huiusmodi Coneris etiam quā
tum bono modo potes vt semper penitē
tiam iniungas per otrarium culpe. vt lux
urie ieiunia. auaricie elemosinas. superbo
orationes. Nec est necesse q semper pro
quolibet peccato manifesto publicam pe
nitentiā quis exequatur vel portet. dum
modo alias per bonum exemplū penitē-
tis scandalo satisfaciat Cum aūt aliquis
petit absolutionē a minori excōicatione
dic sic. Auctoritate qua fungor ego ab-
soluo te ab omni vinculo excōicatōis in
quantū possum In nomine patris rc. pro
pterea hoc qd dicis ab omī vinculo excō
municatōis nō excedis quia sub intelligi
tur tm̄ de minori excōicatōe Si tibi omit
tit absolutio alicui9 a maiori excōicatōne
fac eum iurare primo q parcat mandatis
illius qui eum excōimunicauit. Et osuetū
et tutum est q excōmunicat9 expolietur
vestibus et ponat se ante ianuam ecclesie
prostratus vel genubus coram illo qui ha
bet eum absoluere qui absoluens tenebit
virgas vel corrigias in manibus dicen-
do Psalmū. Miserere mei deus. verbera
bitq3 eum in quolib3 versu semel vel sicut
placet. Et post Gloria patri kyrieleyson
xpeleyson kyrieleyson Pater noster. Et
ne nos Et ver. Saluos fac seruos vel an-
cillam tuam rc. Nihil proficiat inimicus
in eo vel in ea Esto ei turris fortitudinis.
Si plures sunt persone pluralem numerū
Deinde dic. Domine exaudi orationem
meam. Dominus vobiscum. Deinde dici
tur.

Oratio

Deus cui propri um est misereri semp ꝛ pcere suscipe depcatione nostrā ꝛ hunc famulū tuū ꝛ famulā tuam quē vel quā excōicatiōis cathena ꝯstringit miseratio tue pietatis absoluat Per xp̄m dn̄m nr̄m Amē.

Postea dicas auctoritate dei omnipotentis ꝛ beatoꝝ aploꝝ Petri ꝛ Pauli ꝛ sancte ecclesie ei⁹ ꝛ sibi ꝛ mihi in hac ꝑte spēaliter cōmissa absoluo te vel vos si plures sunt a tali sententia ꝛ ab oībus excōicationib⁹ quas mihi ꝯfessus es ꝛ ab oībus q̄s non habes in memoria si forte plures sunt inquātū possum ꝛ restituo te ꝯmunioni ꝛ ꝑticipatiōi ecclesie ꝛ omniū fidelium ꝛ ecclesiasticis sacramentis In noīe pa. ꝛ fi. ꝛ sp̄ussancti. Ubi aūt defunctus est absoluēd⁹ ꝛ sepult⁹ extra cimiteriū debet exhumari ꝛ absolui. Si autē est sepultus in cimiterio nō exhumabit̄ sed absoluitur modo ꝛ forma prescripta. Et est sciēdum ꝙ sicut aliq̄s inuit⁹ potest excōicari ita ꝛ inuit⁹ potest absolui Et hec de absolutione dicta sufficiant

Capitulū. xxxviij. de satisfactōe

Restat vt de tercia ꝑte sacramenti pn̄ie scȝ de satisfactōne op̄is que pn̄ia exterior dr̄ videamus. Ubi est aduertendū ꝙ post omnē ꝯfessionē ꝛ legittimā absolutōȝ semp aliqualis satisfactio est imponēda Consistit aūt satisfactio ꝑncipaliter in trib⁹ scȝ In oratōne In ieiunio ꝛ in elemosina Et ad istas tres oēs alie satisfactōes reducūt̄ Sic vigilie ꝑegrinatōes ꝛ oīa opa carnē affligēcia reducūt̄ ad ieiuniū Oīa vero opa misericordie ad elemosinā. Et oīa sp̄ualia reducunt̄ ad oratōnem. Est aūt elemosina magis satisfactoria q̄ȝ oratio vel ieiuniū q2 elemosina v̄tualit̄ includit oratiōnē ꝛ ieiuniū. Cui eñ do elemosinam obligo eū ad orandū ꝛ ieiunandū ꝓ me ꝛ ad alia opa bona. Quia scribitur in euangelio date elemosinā ꝛ oīa munda sunt vobis. Et in Daniele pctā tua elemosinis redime. Nullo mō aūt potes deo satisfacere d̄ vno peccato mortali q̄ȝ diu in alio pctō mortali es q2 amicicia dei ad te non restituitur tibi q̄ȝ diu manet amicicie ꝯtrarium. Maxime ꝯtrariū amicicie dei est peccatum mortale ꝛ intantū ꝙ penā tibi iniunctā per tuū ꝯfessorem in ꝯfessione si ꝯples eam existens in peccato mortali oportet te si vis saluari eandē satisfactionem reiterare. Nisi talis sit satisfactio ꝙ postq̄ȝ transijt opatio satisfactionis adhuc tñ manet corpis debilitatio. Sic ex ieiunio vel diminutōe substancie sicut ex elemosinis Et tales satisfactōnes nō oportet reiterare. Satisfactōes aūt que nō relinquūt aliquē effectum in satisfaciēte p⁹ q̄ȝ actus transijt optet ꝙ iterent̄ sicut est de oratiōe ꝛ simlib⁹ De licentia aūt confessoris pōt vn⁹ homo satisfacere ꝓ alio non tamen est admittendū nisi defectus aliquis appareat in penitente. Uel corpalis per quem fit impotens ad sustinendū Uel sp̄ualis per quem nō fit ꝓmptus ad portandū penam Et potest ꝯfessor ex causis penam sibi ꝯfitentis quotiens vult variare minuere vel ꝯmutare dūmodo causa sit rōnabilis. Quamuis aūt ꝯfessor iniūgendo alicui satisfactionem ꝓ peccatis possit ꝯpatōnem missarum iniungere tñ malefacit quia est species mali ꝛ dolose auaricie ꝛ incaute facit Quamuis autem f̄m Canones antiquos habeat ecclesia quam penam pro singulis peccatis confessor debeat iniungere. Sicut pro periurio adulterio homicidio dantur regulariter septem anni penitencie. Idem ꝓ fornicatione licet non ita aspera penitencia iniungatur Et occisor sacerdotis penitere debet duodecim annis ꝛ conuict⁹ ad tempus vite sue milicie cingulo carere debet ꝛ absq̄ȝ spe cōiugij manere. Et qui falsat mensuram ieiunare debet triginta diebus in pane ꝛ aqua. Item sacerdos for

nicationem faciens. x. annis penitere de
bet inclusus. sacro indut⁹. humo pstrat⁹
tribus mēsib⁹. exceptis dominicis dieb⁹
ꝛ festiuis. ieiunare debet in pane ꝛ aqua
ꝛ multa similia. Et religiosus fornicator
multis annis dure ꝛ grauiter penitere de
bet Episcopus vero. xv. annis. Et p quo
libet peccato mortali deberet regulariter
septēnis pñia imponi vt sicut p pctm̄ sep
ti formem spūssancti grām āmisit. Ita p
septennē pñiam eā recupet Ergo sep sep
tennis pñia iniungenda est nisi maior vel
minor inueniat in canone expssa. Sed q2
hoc modernis tpib⁹ valde graue esset ꝛ
piculosū. Cū totū tps vite alicui⁹ vix suf
ficeret ad satisfaciendū. x. pctis mortali-
bus cū forte centū mortalib⁹ ē innodat⁹
Ideo tenet de facto a multis mordernis
ꝙ oms pnie sunt taxande ſm arbitriū le-
gittimi ꝯfessoris q̄ ꝯsideratis circumstā
cijs criminis quantitate ꝛ q̄litate psone
dignitate officiō paupertate infirmitate de
bilitate ꝯplexiōe ꝯsuetudine societate la
crimis ꝛ deuotiōe rigoris ꝛ tpis q̄litate
ꝛ alijs circūstancijs pt ꝯfitenti iniunge
re pñias salutares ita circumspecte ſm ꝙ
voluerit corā districto diuino iudicio in
nouissimo die reddere rationē. ¶ Circa
satisfactiōes vero iniungēdas hēas sub
scriptā regulā quā diligenter ꝯsiderabis.
Cum eñ sit triplex bonū homis videlicz
bonū anie corpis ꝛ exteriora. Plus autē
peccat q̄ te dānificat in anīa q̄m q̄ dānifi
cat in corpe ꝛ in rebus q2 min⁹ peccaret
ſm beatū Augustinū occidens mille cor-
pora q̄3 vnā animā. Est aūt occisor aīarū
qui cū ꝯsilio auxilio rogatu ducit trahit
vel inducit aliquē vel aliquos cū effectu
ad aliquid faciendū p qd̄ ꝯmittit peccatū
mortale Et ille dānificat pximū in bonis
anime Leditur etiā pxim⁹ in bonis cor-
poris sicut p occisionē vel p mutilationē
membroꝝ ꝛ p alia flagella que plus cruci
ant pximū q̄3 subtractio reꝝ Et iō in istis
delinquētes eo grauius sunt puniēdi In
bonis exteriorib⁹ puta in bonis pecunie
frumenti ꝛ vini ꝛ aliaꝝ reꝝ mobiliū ꝛ im
mobiliū Et signant circa famā ꝛ honorē
etiā frequenter pxim⁹ pximo multis mo
dis iniuriat tramitē iusticie deserēdo Ali
qñ res pximi iniuste violenter vl' occulte
preter voluntatē detinendo Qñq3 etiam
rebus pximi sumptuose vtēdo Qñq3 vi
auferendo Plus aūt turbat hō si ledit in
fama vel honore q̄3 si ledat in rebus. Sed
quia pctm̄ nō dimittit nisi ablatū restitua
tur Et peccati venia non dat nisi correcto
Ideo ꝯfessor subtiliter ꝯsideret vtrum si-
bi ꝯfitēs pximū leserit in bonis aīe occa
sionē mortalit peccādi sibi pbendo ꝛ ſm
hoc grauiter ꝛ dure puniat ꝯfitentē. Si
vero pximū lesit in bonis corpis signāter
ipm occidendo vel mutilando ipm ad su
periorē remittat. Si aūt offendit pximū
vulneribus plagis vel vitupijs. vt cū eo
ꝯponat induc ꝯfitentē Et ꝯ ꝯmisso put
exigit qualitas culpe puniatur Si autem
pximū dānificat in reb⁹ mobilib⁹ vel im
mobilibus citra iusticiā tunc tenet oino
ad totalem restitutionē si pōt Si vero p
ximū lesit in honore ipm indebite infamā
do tenet ad singuloꝝ reuocatōe3 Et iudi
cio meo facilius ꝛ melius in foro ꝯfessio
nis ad gremiū ecclesie vellē reducere incē
diariū vni⁹ integre ciuitatis q̄3 infamato
rem vni⁹ honeste psone Vñ infamatores
tanquā dyaboli durissime sunt puniendi
Circa satisfactiones a iuristis ꝛ alijs do-
ctoribus multa disputata sunt que respi-
ciunt subtilem ꝯfessorem Sed p simplici
ꝯfessore que dicta sunt in pñti capitulo ꝯ
satisfactiōe que seq̄tur ꝯfessionē ꝛ absolu
tionē ꝛ est tercia ps pñie sufficiant

¶ Capitulū. xxxix. de indulgēcijs

Um iam gra
cia abundante indulgēcie sint
per ecclesiam diuersis ex causis multipli-
cate ꝛ q̄m plurimi circa eas freqūter de
cipiant. Et alios incaute loquendo ꝛ do-
cendo decipiāt Vtile iudicaui de hac ma
teria scdm maioꝝ sentēcias ānotare. Et

quis ⁊ quantū possit dare ⁊ qbꝰ possint ꝑficere. ¶ Circa indulgēcias sic est ꝯsiderandum ꝙ merita ecclesie catholice et omniū fideliū ⁊ ꝑfectoꝝ q̄ sunt in ecclesia Cū hoc merita ipsiꝰ xp̄i que meruit hic in terris vocant̄ thesaurꝰ ecclesie Et claues ꝓ illo thesauro h̄ēt vicariꝰ xp̄i q̄ est papa q̄ etiā p̄t dispēsare illū thesauꝝ ꝓ necessitatibꝰ eccl'ie sic̄ vult ⁊ alijs ꝯmittere clauem. Nulla aūt indulgēcia valet nisi ille q̄ dat h̄ēat auctoritatē dādi Et ꝙ det ex rōnabili cā puta ꝓ eccl̄ie vtilitate Oportz etiā ꝙ r̄cipiēs idulgēcias sit sine mortali pctō ⁊ ꝙ faciat illud ꝓ q̄ indulgencia dat̄. Sic ergo valēt indulgēcie nō ꝙ aliq̄s simpl'r absoluat̄ sed ꝓ eo soluit̄ de ꝯpn̄i thesauro eccl'ie v̄bi grā Aliq̄s esset alicui obligatꝰ in centū marc[is] si creditori ꝑ aliū satisficeret in centū marcis loco debitoris tunc debitor absolueret̄ sz nō simpl'r qꝛ aliꝰ satisfaceret ꝓ eo Sic est intelligendū d̄ indulgēcijs sic̄ sup̄ dictū est in ꝓxīo. c. ꝙ ꝓ q̄libet mortali pctō s̄m iura debet iniūgi septennis pn̄ia Cū eñ infligit̄ alicui pn̄ia. xl. dieꝝ ⁊ ipse bn̄ dispositus accedit talē locū vbi meret̄ indulgēciā. xl. dieꝝ ꝓ eo satis fit d̄ ꝯpn̄i thesauro ecclesie. Non aūt eq̄liter valent oībus indulgēcie sz q̄ disponūt se ad suscipiendū indulgēcias maiori deuotōe vel labore vel feruore vel afflictiōe vel dati q̄ntitate maiorē recipiunt remissionē. Tn̄ qui vicinꝰ est ecclesie ⁊ sacerdotes et clerici ꝯsequūt̄ indulgēcias sic̄ qui veniūt a remotis. Propter hoc aūt ꝙ iniūgit̄ alicui pn̄ia septē ānoꝝ vt scz septē ānis ieiunet si idē accedet bn̄ dispositꝰ ad aliquē locū vbi inuenit remissionē septē annoꝝ ⁊ facit illud ꝓ q̄ indulgēcia dat̄ nō possz cogi ab ecclesia ad ieiunādū qꝛ ꝑ tales indulgencias est remissum. Quia tn̄ nescit vtꝝ sacerdos ei iniunxerit pn̄iaz ꝯdignā qꝛ raro hoc fit ⁊ idō oportet residuū in purgatorio soluere. Fatuꝰ est ille qui illuc hꝰmodi indulgēcias f̄uat vbi ē grauissima pena. Qn̄ autē dn̄s papā generalit̄ ⁊ vniuersaliter remitteret omnē totalē penam ꝓ aliqua cā rōnabili pūta ꝓ subsidio terre sancte vel sic̄ Si aliq̄s vn̄cunqz sit fecerit elemosinā h̄n̄s piā ⁊ catholicā deuotionē credens simplicit̄ ac pure illd̄ Qd̄cūqz solueris sup̄ terrā ⁊c̄. Dūmō sit recte ꝯtritus ⁊ ꝯfessus ⁊ faciat illud ꝓ q̄ indulgēcia dat̄ illi omnis satisfactio remittit̄ ⁊ si in tali statu moreretur statim euolaret ad deū Quia papa ⁊ tota ecclesia obligat̄ vt suffragetur ei ¶ Item papa solꝰ vbiqz ⁊ generaliter plenariā habet potestatē sup̄ thesauꝝ eccl'ie. Ep̄i aūt ⁊ alij p̄lati sunt limitati ꝑ papam in dandis indulgēcijs. Ita ꝙ si plus darent nihil facerēt Itē nō est capax indulgenciaꝝ quaꝝcunqz q̄ est in pctō mortali Item cū dātur indulgencie sub tali forma. Quicūqz vadit ad talē locum vel tm̄ dat de elemosina Ille q̄ nō potest ire vel si potēs ire vadit ⁊ nihil habet dare nō recipit indulgēcias Et nō possum alteri mereri viuo indulgencias nisi forma indulgēciaꝝ hoc ānumeret exp̄sse ⁊ ꝯcedat Item indulgēcie tm̄ valēt subditis illiꝰ ep̄i qui eas facit nisi subueniat̄ eis ꝑ legittimos ꝯfessores vel meliores vel equalētes eiusdē iurisdc̄ōis q̄ sic pn̄t loqui ꝯfitenti Carissime quantū ad septēnem pn̄iam tota vita tua nō sufficeret qꝛ tot ⁊ talia ꝯmisisti Vn̄ iniūgo tibi ꝙ quotidie dicas tot pat̄ nr̄. Et ꝯcedo tibi ꝙ ꝓ sint tibi remissiōes a q̄cunqz fient. Et tūc s̄cd̄m quosdā valent aliter non Item nō possum mereri indulgencias exn̄tibus in purgatorio nisi forā ꝯcessiōis indulgēciaꝝ h̄ specificet Vt si dicat forma indulgēcie. Quicūqz fecerit hoc pr̄ eiꝰ vel amicꝰ alius in purgatorio detentus tantū de indulgencijs habebit Et tūc ꝓdest viuo sic̄ mortuo aliter non Oppositum illiꝰ multi sentiūt dicentes ꝙ bona opa ꝑ que quis meret̄ indulgēciā vt elemosine vel ꝑegrinatōes valent eis sic̄ alia suffragia ecclesiastice caritatis sz nō ꝑ modū indulgenciarū. Quia papa solū h̄ēt ligare sup̄ terrā Item de questoribꝰ q̄ discurrūt ꝑ eccl'ias cū l'ris remissionū multoꝝ pctōꝝ q̄ predi

cantātur abusiones. vacant ꝯmessatōnibꝰ
⁊ ebrietatibꝰ in tabernis ⁊ alibi cū rurali
bus ⁊ rusticis simplicibus. Statuit dñs
Innocentiꝰ papa terciꝰ in ꝯsilio generali
ꝙ admitti nō debent nisi ap̄lici vel dyo-
cesani lr̄as veras exhibeāt ⁊ tunc p̄ter il
lud qđ in ipsis ꝯtinebit lr̄is nihil pp̄lo ꝓ
ponere ꝑmittat Addit aūt his Clemens
quartꝰ in quadā decretali ꝓmulgata in
curia que incipit. sedis ap̄lice vbi statuit
ꝙ p̄lati rectores ⁊ alij clerici non tenent
eos recipe in hospicijs suis nec eis in ne-
cessarijs ꝓuidere Nec facere ꝯuocationē
populi ad s̄mones vel exhortatiōes eoꝝ
Et sniās latas suspēsiōis Interdicti aut
excōicatōis in lr̄is papalibꝰ Ista de cau
sa dicit papa esse irritas ⁊ inanes. Unde
lr̄as quascunqꝫ datas in ꝯtrariuꝫ facien
tes vsqꝫ ad papā memoratū Clemētem
quartū quilibet audacter respuat. Si que
vero ꝑ suos successores emanauerūt non
audeo sp̄nere sed debeo eis obedire.
Est tn̄ sciendum ꝙ indulgēcie epoꝝ vires
nō obtinēt que excedūt memoratū ꝯsiliū
generale vbi dr̄ ꝙ hn̄t dare annū ⁊ q̄tuor
dieꝝ indulgēcias ⁊ nō plus. Et quicūqꝫ
ista deliberate aduertit ꝓ simplici sufficiē
ter videt quid sint indulgencie. Unde ad
pn̄s ista sufficiant.

Capitulū. xi. de sciētia ꝯfessoris.

EX summule pro
logo habet ꝙ istud opusculū
collectū ⁊ ꝯportatū est ad intellectū sim
pliciū ⁊ minꝰ exptoꝝ sacerdotū ⁊ ꝙ diffi
culter ꝯtinet vt in fine ꝯcludit talia q̄ de
necessitate scire tenet q̄libet ꝯfessor Und
ad pleniorē intellectū totiꝰ opusculi q̄ro
gn̄aliter q̄ntā sciam ⁊ expientiā deat hr̄e
q̄libꝫ ꝑsona eccīaca s̄m statū ⁊ officiū suū
¶ Notandū est ꝙ in p̄mis ꝙ p̄latꝰ non so
lū dēt hr̄e misteriū spūaliū sed etiā tp̄aliū
qr̄ sic verbo ⁊ exemplo ita etiā tp̄ali subsi
dio reficere dēt gregē xp̄i Ad hoc aūt re
q̄ritur industria circa tp̄alia. De sacerdo
tibus aūt est aduertendū ꝙ ꝯpetentē sci-
entiā hr̄e tenent qr̄ talis necessaria est ad
executionē ordinis cuiuscūqꝫ Sacerdos
em̄ inq̄ntū deputatꝰ est ad celebrandū of-
ficiū diuinū tenet scire tm̄ d̄ grāmatica ꝙ
sciat v̄ba ꝯgrue ꝓferre ⁊ accentuare ⁊ ꝙ
intelligat saltē lr̄aliter q̄ legit Inquantū
v̄o est minister ⁊ dispēsator sacramētorū
Pn̄ie baptismi eucaristie vnctōis ⁊ alio-
rū tenet scire que sit debita materia Et que
sit debita forma cuiuslibet sacramēti. Et
modū rite dispensandi ipsa sacramēta. de
quibꝰ singulis s̄m ordinē hēs in ca. iiij. ⁊
sequētibꝰ. Inquātū v̄o est doctor sic oīs
regens subditos tunc saltē scire tenet ru-
dimenta fidei q̄ ꝯsistunt in articul' fidei ꝑ
dilectōeꝫ opantis Scire etiā tenet aliq̄d
de decē p̄ceptis ⁊ de ꝯsilijs ⁊ de ꝯsil'ibꝰ.
De h̄ hēs sup̄ Ca. j. 2. ⁊. 3. Inquātū v̄o sa
cerdos est iudex vel ꝯfessor in foro ꝯscie
seu anīe ad minꝰ tenet scire discernere int̄
leprā ⁊ non leprā. Et inter leprā ⁊ lepram
hoc est inter pctm̄ ⁊ nō pctm̄ Et int̄ pctm̄
⁊ pctm̄ qualit̄ vnū sit grauiꝰ altero. Et h̄
loco talis scīa est quedā potētia spūalis
supnaturaliter a deo data ⁊ infusa ⁊ dicit
clauis ecclesie Cū g̃ diuerse sint opiniōes
de istis clauibꝰ quibusdā dicentibꝰ vnam
tm̄ esse. alijs affirmantibꝰ duas esse. Qui
dā v̄o exptus dic̄ vnā tm̄ clauē esse in ra
dice ⁊ duas in effectibꝰ qđ sic deducit In
sole exꝑimur ꝙ potētia liquefaciēdi ⁊ in-
durandi vna est in radice qr̄ sol eisdem ra-
dijs liquefacit cerā ⁊ indurat lutū Sꝫ du
plex est ī effectibꝰ Cū em̄ lutū indurat vnꝰ
effectꝰ ꝑducit. Cū v̄o cera liquescit alius
effectꝰ instaurat. Ita clauis dr̄ potestas
ad iudicandas aīas ⁊ non corpora qr̄ in
ꝯfessione pctōꝝ iudicat aīa ⁊ non corpꝰ.
Integrat aūt potestas illa iudicās pctā
ex duobꝰ scꝫ ex ptāte discernendi in cause
exaīatōne ⁊ diffinendi in determinatione
cause ꝑ sniam ꝯdēnatoriā ⁊ absolutoriā
Sicut cū aliquis ꝯfessor audit ꝯfessionē
alicuiꝰ peccatoris tūc hēbit ꝯsiderare p̄
mo ⁊ discernere inter pctā que ille ꝯfitēs
ꝯmisit vtrū sint mortalia vel venialia Et.

vtrũm sint mortalia grauia vel leuia. Et hec clauis siue ptãs vocatur hic scia Postea hẽt diffinire ꝯfessor dicta pctõris ꝯfitentis ipm absoluendo ⁊ ad aliquã penã ꝯdẽnando Et hec clauis vocat̃ sñia iurisdictiõis. Dat eñ tal' iurisdictio materiã id ẽ subditos qꝛ absqꝫ articl'o necessitatis seu debita licẽtia nullus sacerdos sic sup̃ dictũ est q̃ntũcunqꝫ lr̃atꝰ ⁊ sciens debꝫ in foro ani̇̃e iudicare absoluẽdo ⁊ ꝯdẽnãdo nisi habeat iurisdictõnẽ ⁊ materiã hoc ẽ subditũ qui ꝯfitetur ab illo q̇ ptãtem dandi plenariã habet ptãtem siue auctoritatem. Et possibile est ꝙ tm̃ sit vna clauis in radice sꝫ necessaria est valde scia illi q̇ habet ptãtem. Quia sic lucerna necessaria ẽ ambulãti in tenebris ne offendat pedem. Sic illi q̇ habꝫ ire ⁊ discernere in tenebris pctõꝝ sũme necessaria est scientia. Quia si cecus cecũ conatur ducere seců in foueã ductor primo cadit ⁊ inde secutor Integratur aũt potestas ligandi ⁊ soluẽdi ex duobus scꝫ ex ptãte ordinis ⁊ ex potestate iurisdcõis Jurisdictio eñ dat materiam qꝛ tibi ꝯmittit subditos dat tibi materiã sup̃ quã habes ptãtem absouendi. Qui v̇o te ꝯsecrat ⁊ ordinat habilẽ te faciat ⁊ disponit vt possis esse capax hmõi iurisdictõis Quia si sacerdos nõ essꝫ tũc nõ experteret tibi audire in foro aĩe ꝯfessiones. Ex p̃missis euidenter elicere possumus ꝙ clauis sciẽ que accidit claui ptãtis sũme est necessaria cuilibet ꝯfessori Quia q̃libet sacerdos ꝓchialis tenet̃ esse tã discretꝰ vt saltẽ in ꝓplexis ⁊ difficilibus questiõibꝰ nõ ꝓcedat absqꝫ sup̃ioris ꝯsilio vel auctoritate Canonũ. Et reputo ꝙ ille qui scit talia discernere sufficiat ꝓ modernis tp̃ibꝰ Ad hoc dicũt doctores Cõfessor sacerdos tenet̃ scire discernere in cõmuni que sint mortalia ꝯmunia ⁊ q̃ capitalia ⁊ que venialia ex genere ⁊ differẽciã istoꝝ habes sup̃. ex c. xxvj. ⁊ sequentibꝰ Et sentiũt doctores ꝙ ꝯfessor talia ignorans peccat mortaliter audiendo ꝯfessiones. Et instituẽs eũ peccat adhuc plꝰ q̃ꝫ ipse. Et p̃mittens institutũm ministrarẽ peccat mortaliter si sua interest tales prohibere Dicit q̃dam doctor ꝙ tria sũt que sunt de esse ꝯfessoris sine quibꝰ sine pctõ nõ potest q̇s ꝯfessor esse Que sunt sciencia discernẽdi inter peccata vt p̃dictum est. Et cauta inq̇sitio de peccatis ⁊ discreta penitẽcie siue satisfactionis iniunctio. Qui aũt ordinatur solũm ꝓ deuotione vt missas celebret sicũt multi religiosi nõ tenetur scire nisi p̃mũ illoꝝ qḋ prediximus Vt aũt in libello hoc tanq̃ꝫ in speculo q̇libet indigens possit inspicere ne ꝑ obliuionem aliquid dimittatur eo frequẽciꝰ a sacerdote causa vtilitatis ⁊ deuctõnis cũ intentiõe legatur Et sic terminatur Summa Rudium autentica ad honorem gloriose virginis Marie ⁊ beati Dominici patris nostri ordinis fratrũ predicatoꝝ. Et ad ꝓfectum simpliciũ sacerdotũ Prestante domino nostro iesu xp̃o. Qui vnꝰ est deus cum patre ⁊ spiritusancto ꝑ omnia benedictus Amen

¶ Explicit Summa Rudium autentica impressa expensis magistri Johãnis Otmar in Reutlingẽ Anno M.cccc.lxxxvij Adiuuamine misericordis ⁊ miserantis domini Escam dantis timentibus se in quem speramus.

1487

Summa
Rudium
1487
Gesta roma
rum